

Con tali auspici imparto a Lei ed all'intera Congregazione, quale
pegno di costante affetto, una speciale Benedizione Apostolica.

Da Castel Gandolfo, 24 settembre 1996

Joannes Paulus PP II.

LETTERA DEL PAPA AL CARDINALE GIORDANO

**PER LA NOMINA A SUO INVIAUTO SPECIALE
ALLE CELEBRAZIONI CONCLUSIVE
DEL III CENTENARIO DELLA NASCITA DI S. ALFONSO**

Avvertenza: Aggiungiamo il testo della lettera del Santo Padre al Cardinale Giordano alle celebrazioni conclusive del III centenario della nascita di s. Alfonso. Il Santo Padre nominò l'Eminentissimo Cardinale Michele Giordano Suo Inviato Speciale alle celebrazioni conclusive, che ebbero luogo a Pagani, il 23 novembre del 1997. La Missione Pontificia è stata composta dal p. Juan Manuela Lasso de la Vega, già Superiore Generale, dal p. Antonio Di Masi, Superiore Provinciale della Provincia Napoletana e dal prof. Mario Agnes, direttore responsabile dell'Osservatore Romano.

Venerabili Fratri Nostro
MICHAEL S. R. E. CARDINALI GIORDANO,
Archiepiscopo Neapolitano

Ad singulos Sanctos viros, qui humanis religiosisque dotibus, in vita refulserunt, ea referre licet Ioannis Apostoli verba: *Ille erat lucerna ardens et lucens* (Io 5, 35). Quos inter sane est adnumerandus S. Alfonsus Maria de Ligorio qui, studiosus Episcopus, clarus Ecclesiae Doctor atque pius Conditor Congregationis Sanctissimi Redemptoris, caelitus manu ductus, verum etiam doctrina vitaeque sanctimonia suo nostroque tempore excelluit. Fervidis enim virtutibus praedictus, animarum lumen vitaeque christiana magister exstitit et clarius in dies refulget, quem nobis datum est saepe laudibus exornare, ac potissi-

mum cum aliquot ante annos praesentes in urbe Paganis eius exuvias venerati sumus.

Ex eius natalibus tria iam saecula transiisse perhibentur eiusque religiosa familia sollemnem huius eventus commemorationem colere properat. Ad hanc enim celebrationem aequae accomodateque peragendam , dilectus Filius P. Iohannes Emmanuel Lasso de la Vega, Supremus quondam Congregationis Moderator, totius familiae Alfonsianaे vota excipiens, consilium cepit tantum eventum peculiari solemnitate recolendi, qua de re a Nobis postulavit ut eminentem virum ecclesiastica dignitate constitutum illuc mitteremus ad Nostram personam sustinendam. Nos quidem, hanc anniversariam memoriam quodammodo participare volentes, illius piis desideriis ac postulatiōnibus concedimus.

Ad te autem, Venerabilis Frater Noster, ob praestantiam tuam et ob peculiarem cum illa communitate necessitudinem, cogitationem Nostram admovimus et animum, quem parem dignumque iudicamus ad ministerium hoc commendabiter explendum. Itaque, magnam tibi aestimationem Nostram significantes, te MISSUM EXTRAORDINARIUM renuntiamus ad illam agendam solemnitatem, quae in urbe Paganis die XXIII mensis Novembris hoc anno MCMXCVII celebrabitur.

Omnibus quidem qui huic commemorationi intererunt cunctisque fidelibus salutationem, benevolentiam ac propensam Nostram voluntatem ostendes. Sacris ritibus Nostro praesidebis nomine. Et ut res ipsa postulaverit, de miris huius Sancti virtutibus loqueris ac praesertim de divina misericordia peccatoribus dispensanda, de Sanctissimo Eucharistico fonte frequentando, de diuturno auxilio a Beata Maria Virgine implorando.

Omnibus tandem sodalibus familiae Alfonsianaе cunctoque fidei populo Benedictionem Nostram Apostolicam deferas velimus, quae sit divinarum gratiarum nuntia et sincerum spiritalis prosperitas documentum.

Ex aedibus Vaticanis, die XI mensis Octobris, anno Domini MCMXCVII, Pontificatus nostri undevigesimo

Iohannes Paulus PP. II